



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

tos & Varmacharium, & Francum & Firminum Comitē direxit, qui pacem cum Imperatore firmarent, qua facta secundo anno sunt reuersi.



Ongobardorum gens priusquam hoc nomen assumeret, exeuntes de Schandauia, quæ est inter Danubium & mare Oceanum, cum vxoribus & liberis transmeant. Cum à Hunis Danubium transeuntes fuissent comperti, eis bellum conantur inferre. Interrogati à Hunis, quare gens eorum terminos introire præsumeret. At illi mulieribus suis præcipiunt, comam capitæ ad maxillas & mentum ligare, quo potius virorum habitum simulantes plurimam multitudinem hostium ostenderent, eo quod erant mulierum comæ circa maxillas & mentum ad instar barbæ valde longæ. Fertur de super vox utraq; phalange dixisse, Hæc sunt langobardi. Quod ab his gentibus fertur eorum deum fuisse locutum quem fanatici nominant Vodanum. Tunc Langobardi clamasse, Qui instituerat ijs nomen, concederet victoriam. Hoc prælio Hunos superant, partem Pannoniæ inuadunt. Nec multo post tempore Narses Patricius, minister Iustini Imperatoris eiusq; Augustæ Sophiæ perterritus, eo quod Augusta ei apparatus ex auro factum muliebri, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, & pinsilarios regeret, non populos. At ille respondens, Filium filabo, de quo Iustinus Imperator, nec Augusta ad caput venire non possunt. Tunc Langobardos à Pannoniis inuitatos cum Alboëno rege in Italiam introduxit. Alboënus Clodofindam Chlotarij regis filiam habuit vxorem: qua defuncta aliam duxit coniugem, cuius patrem interfecerat.

Caput 61.
a al. Schatana
nagia Aim. lib
2. c. 13. Scandi
nauia

bal. Visodano

cal. pēsilarios

Ips